~ ORATIONES ~

Dicendæ cum subdiaconus induitur subdiaconalibus paramentis

~ CUM LAVAT MANUS

Da, Dómine, virtútem mánibus meis ad abstergéndam omnem máculam : ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi servíre.

~ AD AMICTUM

Impóne, Dómine, cápiti meo gáleam salútis, ad expugnándos diabólicos incúrsus.

~ AD ALBAM

Deálba me, Dómine, et munda cor meum : ut in sánguine Agni dealbátus, gáudiis pérfruar sempitérnis.

AD CINGULUM ~

Præcinge me, Dómine, cíngulo puritátis, et exstíngue in lumbis meis humórem libídinis : ut máneat in me virtus continéntiæ, et castitátis.

AD MANIPULUM ~

Mérear, Dómine, portáre manípulum fletus et dolóris : ut cum exsultatióne recípiam mercédem labóris.

AD TUNICAM ~

Tunica iucunditátis et induménto lætítiæ induát me Dominus.

Amen.